nicht unter den bei Schönbach, Altd. Predd. 2, 177 ff. ausgez. Kat. [115]

BN Lat. 2832 (Corpus karol. Dichtg.) hint. Fly-l. (136R)
(beg.: iniurias ut nos ineffabilibus moribus suavissime ditaret vite. IX in.

V Crucifixus mortuus et sepultus. Sacramenta crucis
mortis et sepulture eius ita sunt inexplicabilia
nach Cas. Gen. ut nullus linguae laudibus sed nec sensu cuiusquam
MPL 213, possint digne explicari. Hoc tamen convenit in crucis
732f. in (!) contemplatione nos cogitare quia ideo dominus
inter ceteras mortes ligni suspensionem p̄elegit ut per
hanc restauraret primam ligni transgressionem ut sicut
in Adam per ligni delectationem humani generis facta
deiectio ita in Christo per ligni asperitatem fieret eius
! erectio. De compositionem et eiusdem crucis ad edificationem
pertinentia multa utiliter dicuntur unde nunc aliquid
! temptare longum est. Sed ~~[illegible]~~ breviter aliquid
dicere commodum est propter sacramentissimi simboli
necessariam meditacionem. Senserunt namque sancti
Ephes. 3, 17f. doctores quod illa verba apostoli ubi ait. In caritate
radicati. atque fundati ut possitis conpraehendere.
cum omnibus sanctis. Que sit longitudo latitudo
sublimitas et profundum. Ad crucis compositionem
mirabiliter et necesse abtentur. Latitudo enim illud
rectum lignum in quo totum corpus extenditur.
Sublimitas quoque crucis est hoc quod super trans-
versum lignum eminet cui caput adiungitur.
Profundum quoque ~~est~~ eius est hoc quod terre in-
fixum. Et quia apostolus mortuum nos esse dicit
cum xpo et vetus homo noster. Simul confixus
crucis cum illo ut euacuetur corpus peccati. ut
ultra non serviamus peccato. Attendendum
omnino quomodo | (136v) ista quattuor idest ~~peccat~~ (!)
longitudo sublimitas atque profundum latitudo.
nostre cruci-
fixioni conveniunt. Solet namque gaudium atque
hilaritas mentis per latitudinem significari per man-